



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

3. Confideratio circumstant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

erit Purgatorium. In coram Evangelii stabit Summus Pontifex cum toto Statu Ecclesiastico, & in coram Epistolæ Imperator cum toto Statu sæculari. Reus sacerdotem prope pedem altaris statunt omnes peccato mortali obnoxii, Gentiles, Hæretici, mali Christiani. Sub altari constituetur Infernus pateas, cunctos peccatores, quotquot Sacrificii nõ sunt facti participes, absumpturus. Et in profundiori Inferni loco cõtemplabitur ipsum, ob peccata tua illuc condemnatum. Adhuc in facies sacratissima quinque vulnera Crucifixi in medio altaris positi, veluti quinque fontes ad irrigandam fecundandamq; preciosissimo suo Sanguine vtramq; Ecclesiam mortalium simul & vuentium. E sinistro pede spectabis fluidi quendam Sanguinis promanantem, salutem peccatorum: è dextero alterum, in salutem gloriam animarum purgatorii: è manu dextera alium, salutem Summi Pontificis & Ecclesiasticorum: è manibus sinistra alium, in salutem Imperatoris, aliorumq; Dominorum temporalium. Ac deniq; Sanguine è latere Christi profluentem in cœlum vsque suspiciens salientem, in gloriam sancti ss. Trinitatis, Humanitatis eiusdem Christi, Sancti ss. Mariæ Virginis Mariæ, cunctorumque Sanctorum & Angelorum cœlestium. Undequaque Sacramentum hoc virtutem suam diffundere conspicies: in cœlum ad ima Inferni nõ descendit vlla vis Sacramentum in salutem istarum infelicium & miserarum animarum. Cum hoc igitur ordine rogabis in duobus illis *Membris* Missæ, pro peccatoribus, pro iustis, pro animabus Purgatorii, pro Gloria Dei & Sanctorum, dicendo: *Gloriam, Domine, Sanctitatem, & Gloriam humillimè exopto: Gratiam peto concedi constitutis in peccato mortali: Sanctitatem Statui Ecclesiastico & sæculari: Gloriam essentialem animabus Purgatorii (& hoc fiet in Membris pro mortuis) & accidentalem toti cœlesti Curia.*

CONSIDERATIO III.

Consideratio Circũstant. Considerabis in super ante Missam hæc quinque *membris* modò offeratur sacrosanctum Missæ Sacrificium, Quis offerat: Principalis offerens est Christus, & non

solam ratione rei oblatæ sacrificium Missæ est infiniti
 valoris, sed semper est acceptissimum Patri æterno: Offe-
 rendens secundarius & instrumentalis est Sacerdos, qui non
 in propria persona, sed in persona Christi offert, in quan-
 tum representat Christum, seu tanquam Vice Christus.
 Unde in Consecratione non dicit: *Hoc est Corpus Christi;*
 sed: *Hoc est Corpus meum.* Et sicuti, quod me concernit,
 responsum moris habui; ita, in quantum represento, (spet- 2. Cor. 13.
 rare debeo, vt dignetur Pater hoc holocaustum in odorem
 suavitatis accipere.

Cui offeratur? Deo, recognoscendo eum vt rerum o-
 mium primum principium & vltimum finem. Unde
 non offertur ipsis Sanctis; sed propter Sanctos: Deo, vi-
 delicet, in gratiarum actionem, propter gratias Sanctis
 concessas.

Quid offeratur? Totus Christus, Corpus, Sanguis, A-
 nima, Persona, Diuinitas, Virtus, Merita Christi.

In quem finem? Triplex illius finis est, iuxta S. Bona-
 venturam: Deus, Christus, Proximus; Ad gloriam Dei,
 in memoriam Passionis Christi, vtilitatem Proximi.

Quomodo offeratur? Sub forma panis & vini, vt hoc
 idem, quod offertur tanquam sacrificium ad gloriam
 Dei, sit Sacramentum in vtilitatem hominis.

CONSIDERATIO IV.

Totus de propriis diffidens viribus pro huius rei ex-
 ecutione, omni cum fiducia recurre ad sanctissimam *Inuocatio*
 Virginem Deiparam, planè confidens in potētissimo au- *B. Virg.*
 xilio ac patrocinio huius virginis, tanquam Matris Chri- *Maria.*
 sti, veri, vt potēt, sacrificii & Hostiæ Altissimi. Quapro-
 pter pluribus in locis Canonis Missæ mentio fit sanctiss.
 Matris Dei: in *Communicantes*, in *Suscipe sancta Trini-*
tas, in *Libera nos &c.* & antiquitus celebrabatur etiam
 memoria eius in *Gloria in excelsis Deo*, in istis versibus:

Tu solus Sanctus, Tu solus Dominus, Tu solus Altissimus, *In Missali*
Iesu Christo, & dicebatur: Tu solus Sanctus Mariam san- *Romano*
Bisicans; Tu solus Dominus Mariam gubernans: Tu solus *Anni 1515.*
Altissimus Mariam coronans. Deindè in festo sanctiss. &
 immaculatæ Conceptionis eius iidem versus variaba-
 tur hoc modo: *Tu solus Sanctus Mariam preseruasti: Tu so-*
lus Dominus Mariam fabricasti: Tu solus Altissimus Ma-
riam sublimasti.

k 2

Roga-